

V I R O
Adm. Reverendo, Clariss. atq; Doctissimo

D O M I N O

**EPHRAIM
OLOFFIO,**

V. D. M. ad aedem S. Spiritus apud Elbingenses
vigilantissimo,

Cum

*Florentissima & omnibus sexus sui Virtutibus elegantissq;
decorata*

V I R G I N E

CHRISTINA,

Nata

GRASSIA

D. I. Maii A. cl^o l^o cc XIV.

Deo fortunante nuptias Elbingae incunti,

Suis quoque adesse ominibus & votis

ex veteri amicitia

volebant,

AMICI THORUNENSES.



T H O R V N I I,

Impressit Ioan. Nicolai, NOBIL. SENATUS & GYMNASII Typographus.

Proxima post hiemem fere, Sponse, revertitur
aestas,

Cum patria efferres urbe pedem dubium,
Tum, mandante Deo, Te culta Elbinga recepit,
Inque sinu retinet terra benigna suo.

Te colit & meritis successibus auget honorum,
Sic animi faustis otia rebus agis.

Iam datur et vitae consors curaeque levamen,
Quae suavi praebet gaudia iuncta iugo.

Sensibus hem! nostris impervia dia voluntas,
Dat, qui, quando et ubi vota beare placet.

Immerito obniti votis decreta putabas

Sancta tuis, ast nunc clarius acta patent.

Tam bene nostra cadit modo res permissa leborae.

Ne cadat immodico lapsa timore fides.

Non est, ut longo iam carmine persequar ipse,

Non vanus vates quam Tibi saepe fui.

Non dicam, quanta Patris pietate secutus

Laudes, ut stares hoc aliquando gradu.

Hoc tantum dico, valde nunc gaudeo, nosti

Mentis candorem, quod bene cuncta cadunt.

Addo: Sancta Tuis faveat concordia votis,

Vt noceat casto nulla querela toro.

Memoriam Rev. Dni Sponsi uti iucundam
semper servat, ita nunquam non omnia
fausta precatur ex animo

M. P. IAENICHIUS, Gymn. Rect. et P. P.

Nescio quæ natale solum dulcedine cunctos
 Ducit, & immemores non sinet esse sui.
Musarum princeps cecinit Phœbique sacerdos.
An dixit verum, quid Neonymphe putas?
Tu post lustratas alio sub sidere terras,
Diversoque procul pulpita docta solo,
Per varios casus per tot discrimina rerum,
Inter & intuta multa pericla via;
Consueto patrios repetebas more penates,
En Tibi signabant illico fata locum
Nec tamen a laribus patriis exire pigebat,
Nec hodierna docet TE piguisse dies.
Non novies est orta soror pulcherrima phœbi,
Quam TE dimisit nobile Thorunium,
Almaque dimissum TE Elbinga benigne recepit.
TEque Sacerdotem gaudet amare suum,
Gaudet amare suum simul & cupit esse maritum,
Tu cape quæ tribuit præmia grata Tibi.
Illi certus habere nunquam sapientia nupsit,
Qui facere uxorem pro sapiente negat.
Jam Salomon dixit (divino credito vati)
Bina calefieri corpora posse Toro.
Vulgus ait: si quis solus sternutet haberi
Nullum, qui possit dicere rite salus.
Dixit & Adamo jam Spiritus ipse Jehovæ:
Exfors conjugii non bene vivit homo.
Hoc etiam cumulo deerat Tibi Sponse bonorum,
Hæc fuerat voti summa caputque Tui:
Dulcis in amplexus veniat Tibi Sponsa laborum,
Perpetuo quondam grata futura quies.
Hanc Tibi concessit pro voto Elbinga venustam,
Quam conferre Tibi Patria non poterat.
Non, quod Thorunii non sit formosa puella,
Credo, inter pulchras ultima nulla sedet.

Sed Tecum plures alios Tua fata docerent.

*Quod nos non tantum patria terra beet,
Insimul & scires socialis fœdera lecti,*

Quod coeant fato sic statuente DEO.

Prospera fata precor toto sint hæc Tua corde,

Cunctaque sint semper, prospera fata, precor.

Ipsè DEus firmo Sponsam Tibi fœdere jungens

Vincla paret nullis dissoluenda modis.


Vivite felices, concordès vivite, Cœlum

Dum saturis vitæ porriget ipse DEus.

Memoriæ pariter atque affectus benevoli
contestandi ergo scr.

Reinholdus Frid. **Bormann**

Phil. Mag. & Prof. Publ. Ord.



T Ak to według przysłowia dawnego, Bog radzi
Przedziwnie natym świecie o swoiey czeladzi.

Kto się tylko w onego opiekę padaie,

Na opatrności iegoż Oycowskię przestae,

Ten bez pochyby będzie pobłogosławiony

Szczęściem y tez Fortuną trwałą, zkażdey strony.

Toż samo przyznać musiz, **MOSCI PANIE MŁODY**

Doświadczaiąc iuz w pracach swych Baskiey ochłody.

Szczerze słuzyłes Bogu niemniey y Bliznemu,

Doćicczyniąc w Toruniu Urzędu Szkolnemu.

Teraz zas służąc temuż Panu w cnym Kościele

Jego Elbląskim, masz iuz przycny rzec smiele:

Iż Tworca Niebieski o tobie dziwnie radzi,

Ana drogach swych świętych bezpiecznie prowadzi,

Zdarza ci teraz podług myśli serca twego

Małzonkę, Przyiaciela też dozywotnego.

Ztego się czesąc serce, me lub w niebytności,

Uprzemyey zasyla te votum zyczliwości,

Aby Bog który sam iest Sprawcą stanu tego,

Wewszystkim błogosławil wam czasu kaźdego.

MICHAŁ BOGUSŁAW RUTTICH,

P. P. Extr.